

**I**s ex anactorio ubi prius habitauerat  
**H**uc commigravit in calidone haud diu  
**S**ui questi causa is in illis habitat edibus  
**E**arum hic adulescens alteram efflictram perit  
**S**uam sibi cognatam imprudens neque  
**S**cit quae sit neque eam unquam tetigit  
**I**ta eum leno macerat. neque quicquam cum ea fecit  
**E**tiam matrem stupri neque duxit unquam neque  
**I**lle uoluit mittere: quia amare cermit  
**T**angere hominem uoluit leno illam minorem  
**I**n concubinatam sibi uoluit emere miles quidam  
**Q**ui illam deperit. sed pater illarum poenus  
**P**ostquam eas perdidit mari tra usque quaque queritat  
**V**bi quaque in urbem est ingressus illico  
**Q**uoniam meretrices: ubi quisque habitat inuenit  
**D**at aurum. ducat noctem rogat: post ubi  
**V**nde sit: cuius capta ne an furtiua sit  
**Q**uo genere gnata qui parentes fuerint  
**I**ta docte atque astu filias querit suas  
**E**t is omnes linguas scit sed dissimulat sciens se  
**S**ciens poenus plane est. quid uerbis opus est  
**I**s heri huc in portum nauis uenit. uespere  
**P**ater harum idem huic patrius adulescentulo est  
**V**iam ne hoc tenetis: si tenetis ducite ne diripatis